



Uoties Divinæ gratiæ radiis col-
 lustratus *Literati Hominis* ani-
 mus tumultuosum considerat
 viræ humanæ genium, curarum
 multiplicium procellas, horrendos erudi-
 tarum DEOque alias sacratarum menti-
 um motus, invidia æmulationeque pro-
 curante concitatos ; quoties infinitarum
 molestiarū concatenatam seriem sibi ponit
 ob oculos ; quoties denique hanc discri-
 minum palæstram, fallaciarum scenam,
 ferarum spelæum probè intuetur : toties
 cum Sancto quodam Viro BEATAM vo-
 cat SACRAM SOLITUDINEM, abscon-
 ditos ejus thesauros investigat sollicitè,
 ejusque colendæ oportunam quamvis cap-
 tat occasionem. Nimirtum si pridem cum
 alias seculi huius mancipiis otiosè fuerit
 negotiosus, nihilque egerit, dum voluerit
 omnia, & palabundus animus late hiuc
 inde sit evagatus, tunc ad ipsum tandem
 credere proprius, secum habitare optati us
 , PI O quodam SECESSV velut in egre-

a 2

gio